Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26566
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& lingua tua ab hoc malo. & agas penitentiam. si nosti hac peste percussam esse escientia. nec te deterreat pudor hominum. si potius compellat illius terror qui ait. Qui scandalizauerit unum de pusillis istis qui credunt in me. expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius. ut dimergatur in profundum maris. Si enim sic iudicatur qui unum scandalizat. quanto dignus est supplicio. qui ecclam totam conturbat. Hec tamen ille desperat. Absit enim ut ulla moles quantum uis ingens humane prauitatis. obstruere posse putet fontem diuine bonitatis. quem & si peccatum habundat. si super habundat gratia. Septam candem si paulo largiorem. ecce ita secto et mitto. quo preparante legato porro. proposita questione de triplita corporis xpi distinc